



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCX. Agnes, verwittwete Markgräfin von Brandenburg, nunmehrige  
Herzogin von Braunschweig, spricht die Städte der Mittelmark des ihr  
geleisteten Eides los und verweist dieselben an den König und ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

nequaquam intendimus, nec volumus obligari, quin ad publicationem dictarum poenarum, et alias contra dictum Ludouicum possimus pendente huiusmodi dilatione procedere, prout iustum fuerit, et nobis visum fuerit expedire. Vt autem huiusmodi processus noster, ad ipsius Ludouici notitiam, et aliorum, quorum interest, communem notitiam deducatur, chartas siue membranas processum continentes eundem in Ecclesiae Auinion. appendi vel affigi ostiis, seu super liminaribus eiusdem Ecclesiae faciemus, quae processum ipsum suo quasi sonoro praeconio et patulo indicio publicabunt; vt idem Ludouicus et alij, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem praetendere, quod ad eos non peruenit, vel ignorarint eundem: cum non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volumus autem, et Apostolico auctoritate decernimus, quod huiusmodi processus eundem Ludouicum et alios supradictos apprehendat et arctet, ac si eisdem personaliter publicatus et insinuatus solenniter extitisset: constitutione quacunque per praedecessores nostros Rom. Pontifices in contrarium edita non obstante. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae monitionis, mandati, inhibitionis, relaxationis et constitutionis infringere etc. Dat Auinion in Pal. Episc. VIII<sup>o</sup>. Id. Oct. an VIII<sup>o</sup>.

Quocirca Fraternitati tuae per Apostolica scripta districtius praecipiendo mandamus, quatenus praemissa in praedicto processu contenta facias in decreta tibi prouincia firmiter et inuiolabiliter observari, ac in ciuitatibus et aliis eiusdem prouinciae locis, de quibus expedire videris, per te, vel per alium, seu alios solenniter publicari, ad id loci cuiuslibet, vbi fiet huiusmodi publicatio, Clero et populo conuocatis specialiter ac etiam congregatis; faciens de publicatione huiusmodi fieri publica instrumenta, quae nobis, quantocyus commode fieri poterit, mittere non postponas: nobis diem significaturus praestitutum, et quaecunque super iis duxeris facienda. Dat Auinion VIII<sup>o</sup>. Id. Oct. Ann. VIII<sup>o</sup>. Ex Regest. anni. 8. Joann. secretorum, fol. 105.

**DCX.** Agnes, veruittwete Markgräfin von Brandenburg, nunmehrige Herzogin von Braunschweig, spricht die Städte der Mittelmark des ihr geleisteten Eides los und verweist dieselben an den König und dessen Sohn den Markgrafen von Brandenburg. 27. Januar 1324.

Wie Agnes, von Godis gnaden Hertoginne tu Brunswic, enbieden den truwen Lüden, Riddern, Knechten, Ratmannen vnde gemeinen Borgern in den Landen, vp den Hufen vnde in den Steden tu Berlin, Spandow, Middenwolde, Copenik, Landisbergen, Teltow vnd Rathenow al lief und all gut, und segken iuk alle ledich vnd loff mit gudeme Willen der Huldunge, der Eide vnd alle des Lauedes, dat ie vs gefworen vnd gelouet hebbin, vnd wisen iuk an den weldigen Fürsten, Vsem Heren, König Ludewich van Rome, oder an den Erlamin Fürsten, Marcgreuen Ludewich van Brandenburg, Vsen Omen, oft ene die sulue König dar mede belegen heft, und sende iuk tu einer bewifunge dessen openen Brief, besegelt mit Vseme Ingelegele. Dit ist geschen und dese

Brief is gegeben tu Stendal vor den Ratmannen na der Bort Vses Heren Dufint Jar CCCXXIV., des vridages vor Lichtmilfen.

Bgl. Anmerkungen und Zusätze zu Mosers Br. Lüneb. St. G. S. 452. Abhandl. der histor. Klasse der K. Bayerischen Akademie II, I, 7.

DCXI. König Ludwig gestattet dem Grafen Berthold von Henneberg zum Besten seines Sohnes des Markgrafen Ludwig, Güter in der Mark Brandenburg bis zum Betrage von 1000 Mark Silber zu veräußern, am 23. Februar 1324.

Nos Ludovicus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, presentibus litteris confitemur, de nostro esse beneplacito et fauore, quod spectabilis vir, Bertoldus comes de Henneberg, fidelis noster dilectus, nomine carissimi filii nostri, illustris Ludowici, marchionis Brandenburgensis, ad eius necessitates et utilitates seu quaslibet commoditates, de bonis eciam immobilibus, ipsi marchioni vel marchie pertinentibus, castris et municionibus exceptis, vendere, impignorare, obligare et distrahere possit, vsque ad summam mille marcarum argenti, et hoc litteris, promissionibus vel aliis modis necessariis et legitimis confirmare, ratum habentes et gratum, quod circa hoc nomine dicti filii nostri predictus — comes duxerit faciendum. Super quo presentes conscribi et sigillo majestatis nostre iussimus communiri. Datum in Weflaria (?), VIII<sup>o</sup>. kalendas marcii, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. vicefimo quarto, regni vero nostri anno decimo.

Nach Schöppach, Henneb. Urkundenb. S. 97. No. CLXVIII. und Schultes Henneb. Geschichte II. Urkundenbuch S. 69.

DCXII. König Christoph von Dänemark bekundet sein Versprechen, seine Tochter Margaretha in den ersten acht Tagen nach dem nächsten Johannisfeste zu Nyköping dem Markgrafen Ludwig als Gattin zu übergeben, am 17. März 1324.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Christoforus, Dei gratia Danorum Slavorumque Rex, Dux Estonie, sautem in Domino sempiternam. Notum facimus uniuerfis, presentibus et futuris, quod media fide nobili Domino Berchtoldo comiti de Henneberg ad manus Serenissimorum Principum, Domini Ludovici Regis Romanorum semper Augusti et Ludowici, Filii sui primogeniti, Marchionis Brandenburgensis, promissimus et promittimus in his scriptis, quod filiam nostram Margaretam infra octo dies post proximum festum B. Joannis Baptiste, nisi morte vel infirmitate notabili preventa fuerit, personaliter Nikopingh adducere debeamus, ubi Matrimonium inter Ludovicum Marchi-